



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

32. De S. præsulæ Bonito, qui orationis causa in Ecclesia pernoctans à D. virgine ad sacris operandum inuitatur, & ab eadem admirabilis veste donatur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

cum socio qui secum venerat, ad coetum aliorum redijt. Postea vidente episcopo, omnes simul ad altare sancti Petri reuerenter submissis capitibus inclinantes, eodem quo venerant ordine, ianuam Ecclesie repetierunt, & cum lumine quod prius viderat recesserunt. Mane autem facto, prefatus Episcopus domino Papae cuncta quae viderat, retulit. Sicque acceptos & descriptos libros Moraliu in Hispaniam reportauit. Hancque visionem eis deinceps praenotari & praescribi instituit.

Vincentius Beluacensis in Speculo historiali, & Lauren. Surius in vitis sanctor. 15. Ianuarij. De sancto presule Bonito, qui orationis causa in Ecclesia pernoctans, a B. virgine ad sacris operandum inuitatur, & ab eadem admirabili veste donatur.

CAP. XXXII.

Sanctus Praesul Bonitus Aluernensis, cum sor suum perfecte dedisset, vt perfecte IESVM & eius matrem diligeret, quadam die templum beati Michaelis cum turba intrauit, & in angulo basilicae licet inter multos, solitudinem cordis sibi fecit. Consummatis mysterijs, quique in sua redierunt, & ipse solus in latibulo suo remansit: & custodes ne quis remansisset perscrutati sunt Ecclesiam, sed Dei nutu sancti viri non potuerunt inuenire latebram, qui obscuratis iam Ecclesiae foribus eò securius, quò secretius effudit in ea animam suam, factusque in agonia proluxius orans,

Ddd 2 rans,

rans vidit huiusmodi visionem. Ecce repente de coelo sonuit quasi vox dulcis cantilina, & micantibus luminaribus, limen templi coepit tremere tanquam intrante multitudine. Acciebat vir sanctus, & ecce virgo Maria intabatur cum candidato sanctorum angelorum, & sanctorum hominum, & chorus ille celestis decantabat, Domina eiusque filio, ipsa quoque vocem suam exercuit in Christi praecomio. Et sic quidem per medium chori facta est illa processio. Cumque ventum fuisset ante altare, quaesitum est a quibusdam sanctorum, quis deberet Missam celebrare. Et inquit beata virgo adest Bonitus praesul verè bonus & satis dignus, cui hoc officium debeat committi. Auscens hoc ille, pauebat & retrahebat se, cuius nomen lapis qui ei cecidit, adhuc seruat indicium. Tandem quaesitus & inuentus est, deductus & presentatus illi beatae congregationi, & ministris sanctis, veste nuptiali ornatus est, ac vino altari applicatus. Et postquam deinde celebratione sancti operis, decus ac decore consummauit. Beata virgo valescens dilecti suo, pro munere coelestem vestem ei dedit. Res est nota satis: & apud Aluernenses admodum celebris, maximè autem in ciuitate Aluernia, quae dicitur mons clarus, & vsque hodie monstratur populo vestimentum illius celeste, cuius materies & contexturae modum nullo hominum dinosci potest, & est ex candoris, miraeque leuitatis ac lenitatis.